


43885



268



I. N. I.  
APPLAVSVS VOTIVI  
 VIRO

*Nobili, Consultissimo atq; Amplissimo*

**DN. IOACHIMO  
 REINHOLDO BAUSSIO,**

Hallenſi, REVERENDISS. Eccleſ. Metrop: Mag-  
 deburg. CAPITULI Syndico graviffimo,

*Cum ipſi DOCTORALES in Vtroq; Jure  
 HONORES cum privilegiis & inſignibus*

In illuſtri Academia Juliâ d. 2. Octob.  
 Anno 1660.

*Solemniter & meritiffimo conferrentur  
 consecrati*

â

Fautoribus atque Amicis.

---

**MAGDEBURGI,**  
 Typis JOHANNIS MULLERI.



*Elicium Charitum, Themidos Clarissima proles  
BAVSSIVS ingenio magnus & arte simul.  
Nunc Doctores, queis dudum dignus, honores  
Suscipit, & decorat seq. genūsq. suum.  
Ipse DEVS summos juris fortunet honores,  
Gaudeat ut multum Bauſia rosa domus.*

*Ut prodesse diu Patria, succurrere preſſis  
Officioq. suo fungiet ipse queat.*

*Ita Conſultissimo Dn. Candidato publico Doctoris in Vtroq;  
Iure honores adepturo ex animo gratulatur.*

*FRIDERICHUS Hondorff D. Reverendiſſ.  
Adminiſtr. Archi. Ep. Magdeb. Conſiliarium.*

---

*Q*vicunq; caſta iura ſuprat *Aſtrea,*  
*Rabulaq; diro more torquet hūc illūc,*  
*Torquere alut am ceu ſuam ſolet ſutor,*  
*Vt delicatum ius edat, nec edat ius*  
*Mifero clienti; Coct̄or herclē, non Doct̄or,*  
*Is iure furis audit, ac Dices ſtruma,*  
*Et qui rubricis ſapē abutitur legum,*  
*Dignus proſect̄o eſt, quem rubricet haud raro*  
*Cruor ſuusmet. Myſta verus econtrā*  
*Legum ſacrarum, qui gregiq; Regiq;*  
*Equā bilance iura ſemper appendit,*  
*Nihil moratus Ceſarum truces iras,*

*Pls-*

Plebisq; r'onchos, vix emi potest auro,  
Quod Rhenus, & Pactolus, Hebrus, & Ganges,  
Tagusve gignunt, atq; margaritarum  
Gemmis, subinde quas parit maris Diva,  
Fœcunda Thetis. Maçte, maçte Reinholde,  
Baussi tuâ sinceritate mentisq;  
Candore! quamvis indidit tibi nomen  
Joachimus, iste sanctulus Papistarum,  
Joachimicos fecisse te tamen magni  
Quis vidit unquam? strenuo pedum passu  
Eò measti, quò meare consultus  
De iure debet conscientia iussu,  
Ideoq; Juris iure Doçtor, haud Coçtor  
Iusto vocaris. Doçtor ille Doçtorum  
Nunquam creatus, qui creat prius cunctos.  
Solent creati quam creare Doçtores,  
Recens creatur te per omne Doçtorem  
Prestet valentem tempus & moras vita,  
Vin' plura? sanum cuncta continet corpus  
Si mens sit hospes sana corporis sani.

CHRISTIAN Waserwiz Eccles.  
Metropolit. Magd. Pastor.

A 3

Cur

**Q**Uot summa parans nostris Themis alma brabea  
Civibus, haud dudum hæc *Bausiada* tribuit?  
n promptu causa est, aliis quod contulit uno  
Promeritis triplici hunc nomine habere cupit.  
Ergo post duplicem spartam data summa tiara  
Millecuplo fructu sit benedicta precor!

GOTTFRIDVS OLEARIVS D.  
Eccl. Hal. Sax. Superint.

---

De momento temporis disputanti

&

Doctorem Lauream

in

*Incluta Julia capessenti*

Dn. IOACHIMO REINHOLDO BAVSSIO  
ICto, Reverendis. Capitul. ArchiEp. Magde-  
burg. Ecclesiæ Syndico.

S.

**B***Ausi*, præclaræ Themidos prænobile lumen  
Præsidiumq; reis, cui sancta oracula legum  
Noctes atque dies ingens voluisse voluptas  
Vna fuit. solers dum *momentare* sophorum  
Iuris in Oceano, scripta. & bene legibus uti  
Atque animas legum *momentaq;* singula nosse  
Monstras facundus, Doctorum adstante ca-  
tervâ.

*Julia*

*Fulia* miratur. saturo & splendore rubentem  
Dat mitram titulosq; simul, cape lætus hono-  
rem.

Acclamo. pergas, foceri<sup>(a)</sup> transcendere  
laudes,

Et tentare decus Molinæi, <sup>(b)</sup> Fama per orbem  
Quos claros meritis nunquam moritura cele-  
brat

*Momine* nec ullo potis est impulsa moveri.

(a) *D. Marthe Vnzeri.*

(b) *De Molinao Förstnerus in pol. not. ad Tac. l. 2. c. 34. verb.*  
*Pisonis.*

*Carolus Molineum accepimus cum Tubinga ageret in collegio  
Iurorum, ubi de jure respondendum esset, auditis cæterorum senten-  
tiis, qui laboriose eruzis ex abdito argumentis pro sua sententia de-  
pugnabant, probata plerumq; illorum, qui primi dixerant, sententiã,  
juris textum addidisse adeo evidentem, adeo clarum, ut cæteri lon-  
giori disputatione plerumq; super sedendum sibi arbitrarentur. Tan-  
ta homini memoria, tantum judicium.*

Fr. Kühn/ ArchiEp. Mag.  
Officialis.

---

**I**uridicâ de gente venit Doctoreus Ordo;  
Prima gradum talem Iuridicina tulit,  
Postea nomen idem, titulus descendit & idem  
Adq; Machaonios Theiologosq; viros,  
Tu primos ortus veneraris, ô inclyte Baussi,  
Dum bifidi Doctor confore Iuris aves.

Phi-

Philologia Tibi celebrem dedit antea famam,  
Teq; Poëtificum clarificavit opus:  
Nec minus Euepie meritis Te laudibus effert;  
Numen item Prudens maëtat honore gravi,  
Indè Tibi favit, Bauſſi, Te ſemper amavit,  
Halla, ſalinipotens Vrbs, geniale ſolum,  
Porro vocaverunt ſciti virtutis, ut eſſes  
Syndicus Orator, dexter & acer Agens,  
Metropolitani proceres, gens ſplendida, templi,  
Quò cluet & claret Parthenopæus ager.  
Huius erat quicquid perfecerat omne Themista,  
Cui vigilare frequens primaq; cura fuit.  
Hinc Tibi nunc cedunt mitra, condulus, ipſeq; Doctor,  
Iulia quæ confert Pallas in Helmſtadio,  
De tantis, Bauſſi, Tibi grator honoribus! optans  
Dius ut ex illis glorificetur honos;  
Aſtræaq; decus: tum propria commoda creſcant;  
Æternæq; poli ſuppeditentur opes,  
(Fulgebunt ſiquidem iubar ut rutilantis Olympi  
Heic qui Iuſtitiaë condocuère viam.)  
Atq; decente loco res ſtent, cauſſæq; locentur,  
Quas ſacra Mauritiï tractat agitq; Domus!  
Has Deus exaudi preculas, ac jugiter imple,  
Nam tibi noſtra probè gloria juſta placet!

Bonæ ſcævæ ergò

Superaddidit Halæ

CHRISTIANUS VVEBER

SS. Theol. D.



**P**ierides quondam cultæ mihi, verba polite  
Versibus, & liquidum defundite gutture carmen.

Musa jubet studiosa VIRI, Suadent & Honores.

Fessus ut ille operis, calido sub Sole, Viator

Cum procul optatæ cernit loca læta quietis,

Et placidæ Noctis procedere sidus amicum.

Gaudet, ovans Animi; sic nos per devia resqua

Ad rerum excelsos apices si forte recessi.

Hinc & BAUSIADÆ, dudum quem Musa benigno

Excepit fovitq; sinu: quem Juppiter, omnes

Corporis atq; Animi dotes largitus, honestat:

Sublimi Themidos cathedræ qui sede locandus,

Jugiter heu madidum jecur in nova gaudia fervet!

Grator & faveo Tibi hunc honorem

Quem nunc justitiæ manus sacratæ

Alumno Tibi donat atq; Mystæ.

O felix honor, O beata cura!

Privatis simul esse publicisq;

Rebus præsidium: bonos tueri,

Malos opprimere. Euge Maeste Doctor

Sis Tutor miseris, probis Asylum,

At terror, scopul usq; sis scelestis.

*Hiscæ DN. Affini*

**HONORES DOCTORALES**

*animatus gratulatur.*

**FRIDERICUS ERNESTUS KNORR,**

J. U. D. & Scab. Hall. Assessor.

Ioachimus Reinholdus Bauffe ICTus.

Per Anagramma.

Hic Honores cum laude subis, *sat.* I *ius.*

*Exegetis.*

**H**ic meritos dudum & postos tibi sumis *Honores,*  
Bauffi, Juridici gloria magna fori.  
Jure in utroque decus DOCTORIS jure capeffis,  
Quod Tibi jus peperit sedulitate tuâ,  
Quod meruit virtus, multo quæ parva labore,  
Quam dignè versus condecorare nequit.  
Hinc *cum laude subis,* quos ferre potens & *Honores*  
Es *Doctores,* grande onus atque Decus.  
Quod verè decorat, quod tollit ad astra, locosque  
Primos, Magnatum collocat adque latus.  
Sed decorat verè tunc, cum virtute decorâ  
Vir Decus ornatus condecorare potest,  
Dedecori ast decus est, cum comitur indecoratus,  
Ornati non est, Sed decorantis honor.  
Te decorat verè decus hoc, sed fallor, honestet  
Num mage te decus hoc, an mage tu decus hoc,  
*sat* citò cum benè *sat.* fert hæc tibi parva volenti,  
Dum *cum laude* capis, Commoda magna mora.  
Ergo lætus jo! cape, nos applaudimus omnes,  
Et fruire hoc pulcro sanus *honore* diu.  
*j.* *Iustas* causas defende, tuere clientes  
Afflictos, & *ius,* cuiq; suum tribue.  
Et Summus, cui laus & *honor* de betur, *Honores*  
Augebit porrò, hoc auguror aque precor  
Te tandem in cœlo beet atque coronet *Honore,*  
Quo sine mundanus vanus habendus *honor.*

M. Christopherus Gerhardus Ockel  
Eccles. Metrop. Maad. Diaconus.

F I N I S.

Nr 332

ULB Halle  
001 594 656

3



TA → OL



Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,  
nicht in PICA

V077





I.  
VOTIVI

atq; Amplissimo

CHIMO  
O BAUSSIO,

s. Eccles. Metrop: Mag-  
yndico gravissimo,

ALES in Vtroq; Jure  
rivilegiis & insignibus

Julia d. 2. Octob.  
1660.

issimo conferrentur  
crati  
â  
tque Amicis.

BVRGI,  
NIS MULLERI.